

ARTIS COMPUTATORIAE

Sciplinae, proprietatem ac earum inter se differentiam
studētes intelligant: nec ob id spernendam, quod cogni-
tione sit breui ac fauili. Nam cum in omnibus propemo-
dum studijs, atq; negocijs usum requirat necessariū, mē-
nus tolerandi sunt, qui non statim eius commoditatis
copiam, cum primis discendi initijs coniungunt. Quae
admodum enim eos à legendo abstinere oportet, qui
literarum vim ac potestatem ignorant, ita & eos qui
numerandi rationi assueti non sunt, ad quam plurimos
optimorum quorumq; scriptorum locos, aditum non
sunt habituri: tum ad ipsam quae proprie arithmetica
diatur uiam sternit, neq; enim frustra à Platone uetitū
est, ne quis numerandi imperitus ad se accedat.

LOGISTICE QUID SIT, ET QUID differat ab Arithmetica.

EST igitur logistica ratio quaedā artificiaose & ex-
pedite numerandi, seu est propositis numeris, uno
aut pluribus certis, alterius de quo quaeritur in-
uentio, ut quot uersibus Ilias Homeri contineatur de-
scripta sexaginta paginis quarum quaeq; LXX. uersus
continet, seu quot iugerum sit ager quoquo uersum in
sexaginta passus. In omnibus enim quaestionibus certis
quiddam propositum esse oportet, unde quae incerta
sunt explicari possint, ut quantum distet hinc Roma,
aut Carthago, non expediet haec ratio, nisi subiecto mi-
nore numero, è quo iuxta analogiam quaesitum sumos.